Staatsbibliothek
zu Berlin
Preußischer Kulturbesitz

Euph miai Dn. Joanni Minori Ceismarcen
Viro-iuveni ornatiß. & Doctißimo

Vollständiger Titel: Euph miai Dn. Joanni Minori Ceismarcensi Scep
Doctißimo: Ex Illustri Academia Francofurtana in augustam Witebergensium Academiam abituro Scriptae a Dn. Fautoribus & Amicis

PPN: PPN769145949

PURL: http://resolver.staatsbibliothek-berlin.de/SBB0000F8F900000000

Erscheinungsjahr: 1605

Signatur: 5 in: Ah 10940

Kategorie(n): Historische Drucke, Allgemeines / Wissenschaftskunde / Literaturgeschichte

Projekt: Preußen 17 digital - Digitalisierung des im VD 17 nachgewiesenen Bestandes preußischer Drucke der Staatsbibliothek zu Berlin

Strukturtyp: Monografie

Seiten (gesamt): 21

Seiten (ausgewählt): 1-21

Lizenz: Public Domain Mark 1.0

Ah 10940 : S16

Ñur f. LS u. A.

8°

Vol. misc.: Frankfurter akademische Gelegenheitsschriften 1580–1606. 54 Nummern.

1. Weinrich, Car.: Thema Politicum. Francof. a. O. 1605.
2. Concilium Regis Latini ex XI. Aeneidos. ib. 1605.
3. Schosser, Frdr. & Blumner, Ad.: Quaestio num Αὐτόχειρες sint dicendi fortes. ib. ca 1600.
4. Crugerius, Pancr.: Oratio ... matrimonio ... Friderici Ducis Silesii. ib. 1589.
5. Εὐφημίαι Dn Joanni Minori. ib. 1605.
6. Trygophorus, Caleb: Post ... funus ... Mart. Weinrichii ... Orat. ib. 1606.
7. Neander, Chph.: Oratiuncula In fun. ... Heurlae ... Pelargi. ib. 1600.
8. 〃 : 〃 〃 Jo. Wolf I. ib. 1605.
9. Trygophorus, Cal.: 〃 〃 Ad. Menzelii. ib. 1605.
10. Wirben, Hinco à: Ad cohonestandas exequias ... Elisabethae ... Selser ... invitat. ib. 1606.
11. Neander, Chph.: Ad funus Jo. Viriani invitat. ib. 1606.
12. Maltzan, Ge. v.: Ad exsequias ... Ad. Menzel. ... invitat. ib. 1605.
13. Ebert, Jac.: Ad funus ... Chuneg. Vogleriae ... invitat. ib. 1605.
14. Schenck v. Landsberg, Joh. Otto: Progr. ... Memoriae ... M. Bolfrasii. ib. 1604.
15. Maltzan, Ge. v.: Ad Paschatos ... celebrationem ... invitat. ib. 1605.
16. Schosser, Joh.: Philos. candos ad petendos honores philos. invitat. ib. 1605.
17. Ebert, Jac.: Ad ... exequias ... H. de Stralendorff ... invitat. ib. 1605.
18. 〃 : Ad funus ... Valent. ... Pistorii ... invitat. ib. 1605.
19. 〃 : Ad exequias ... Cathar. Cnospeliae ... inv. ib. 1605.
20. 〃 : Ad festivitatem ... in quā ... M. Benekendorfius ... Chph. Henschero ... Summos in U. J. honores ... conferet ... inv. ib. 1605.
21. Neander, Chph.: Ad exequias ... Mart. Weinrich ... inv. ib. 1606.
22. 〃 : Ad ... Pentecostes ... celebrationem ... inv. ib. 1606.
23. 〃 : Ad exequias ... Annae (Wencel) ... inv. ib. 1606.
24. 〃 : Ad justa funeris ... Esaiae Appel ... inv. ib. 1606.

25. Arnold, Balth.: Carmen … de … redemptoris Nostri … nativitate. Francof. 1605 od. 1606.
26. Falkenhain, Joh.: Meditatio de spiritu sancto. Gorlic. 1604.
27. Schwartz, Joh.: Eleg. Carmen ad Iesu Chr. … cunas. ib. 1603.
28. Falkenhain, Joh.: Πρόγραμμα de nato Christo. ib. 1603.
29. Ioanni Schossero … Festivam nominis solennitatem … indicunt … Commensales. Frankf. 1604.
30. Festivitati nuptiarum … Joh. Hennii. ib. 1604.
31. Nuptiarum honoribus … Joh. Musonii. ib. 1605.
32. Timaeus, Joh.: Σύγγραμμα Pierium Nuptiis … M. Holtsheuseri. Ligiis 1603.
33. Erytraeus, Joh.: Cento Virgilianus nuptiis … Jac. Rindfleisch. Gorlic. 1604.
34. Papa, Frdr.: Victoria Christi resurgentis. ib. 1604.
35. Sacro nuptiali … Ionae Voit. Prag 1604.
36. Vota Encomiastica Ioanni Crugerio. Frankf. 1605.
37. Falkenhain, Joh.: Ἁλκυόνια. Gorlic. 1604.
38. Crausius, Joh.: In obitum … Maridlae et Sigism. … Bobrowicii … Lachrimae. ib. 1604.
39. Crugerius, Pancr.: De … familijs Schuicheldia & Hoimia. Helmst. 1580.
40. 〃 : Opt. artium studiosis S. D. Frankf. 1595.
41 〃 : Progr., Quo Juventutem ad … studia … hortabatur. ib. 1601.
42 〃 : D. Joachimo Garcaeo … Saganam … abeunti. ib. 1594.
43. 〃 : Ad petendos honores Philos. … invitat. ib. 1601.
44. 〃 : Hermanno Dorne … In ord. Senator. … cooptato S. ib. 1597.
45. 〃 : Ad Christ. Guil.[um] … acclamatio. ib. 1604.
46. 〃 : Memoriae Chph. Corneri. ib. 1594.
47. 〃 : 〃 Thom. Fabricii. ib. 1594.
48. 〃 : 〃 Matth. a Logau. In Ligior. Metrop. 1593.
49. Pelargus, Chph., & Crugerius, P.: Γαμήλια … Mart. Benckendorfio. Francof. 1594.

50. Gallus, Hieron.: Gratulatio... Christiano Wilhelmo, March. Brandeb. ...Cum primas Germaniae ... inaugurare tur. Francof.-a. O. 1598.

51. Trygophorus, Caleb: Philos. candidatis S. P. ib. 1605.

52. Crugerius, Pancr.: Memoriae... Dav. Chytraei. ib. 1600.

53. Scholtz, Balth.: Ποτήριον ἐρωτικόν... Joanni Volgenant Sponso. ib. 1605.

54. De Studijs ... Pancr. Crugerii ... Testimonia. ib. 1604.

ΕΥΦΗΜΙΑΙ

Dn. Joanni Minori Ceismarcensi

SCEPUSIO

Viro-juveni ornatiſs. &

Doctiſsimo

Ex Illuſtri Academia Francofurtana in auguſtam VVitebergenſium Academiam abituro

SCRIPTAE

à

Dn. Fautoribus

&

Amicis.

Anno 1605.

Ex Officina Typographica

Johannis Eichorn.

ESt nemus ad rapidi ſinuoſa fluenta Viadri
Quod pulchrè viridi gramine terra tegit.
Ordine diſpoſitas quærens, floresque virentes
Aura quatit reſonans, arboreasque comas.
Gutture deducunt volucres modulamina mille.
Et breviter, Nemori lætitia omnis ineſt.
Hic ego dum ſpacior per mixtas floribus herbas
Cum primum Eoo venerat orbe dies.
Spectabam Viadrum, flores quoque mille colorum,
Suaviter atque aures afficiebat avis.
Et ſic tentabam triſtes deponere curas
Diſceſſus ſocij quas mihi contulerat.
Hæc ego dum ſpecto. En magno ſtridore per auras
Monſtrum horrendum, ingens, nubila denſa ſecat.
Antevolat Zephyros & fulminis ocyor alis
Cum ſonitu, cœli culmina celſa petit.
Tot vigiles oculi, & linguæ, quot corpore plumæ,
Vtque ego conjicio, nuntia *FAMA* fuit.
Hæc celeres magnum clamorem tollit in auras
Et linguis centum talia verba refert:
Fervidus ingenio, exemplum venerabile morum
I*ANVS* abit linquens jam Viadrina vada.
Ergo ſi fueras conjunctus pectore fido
Dic *SALVE* extremum, dic quoq; triſte *VALE*.
Auribus hæc poſtquam cepi: vox faucibus hæſit,
Attamen aſpicio quo ferat illa gradum.
Moxque domum propero: ſed nondum ingreſſus in urbem
Audivi vocem hanc: *DVLCIS* amicus abit.
Tum mœſtus calamum arripio, ſed ferre dolore
Compreſſus, potui nil niſi metra duo:
I decus Aonidum felix, i pectus amicum,
Vive, vireſce, vige, concine, diſce, vale.

T. T.

Petrus Wierzbietà Bukupski
eq. Pol.

CVm ſocios, Viadriq; ſimul præclara Lycea
Linquas, fas abitum me celebrare tuum.
Flagitat hoc noſtrum conjunctum pectus amore;
Et candor veri pectoris indicium.
Ergò ſint comites ſtellatâ veſte miniſtri,
Quiq; regit nutu ſidera celſa DEVS.
Stanislaus Lipsky Eques Pol.

HOrtulus omnigenas unus neq; fert roſas, ut inde
Stipare poſsint melle apes penates:
Florea per tempe & ſaltus datur ire ſed poteſtas,
Favoque flavo cellulas replere.
Vnica nec ſaliat myrmecia ſpica, quâ deinceps
Formica vivat triſtiore brumâ:
Graniferum gravidas plures legit agmen aſt ariſtas,
Suosque cautim ſub lares reponit.
Horto Pierio ſic ne licet unico, liquore
Scientiarum quolibet frui ſci.
Cujus vis Heliconis divitis impleat culullos,
Levetq; feſsis hoc pedes in horto.
Vnde bibant latices tot Theſpios in vadis euntes,
Protracta quot vult longiùs ſenectus.
Aſt Heliconia Pallas habet loca plura, Apollinarem
Vbi propinat largiter liquorem.
Ergo nunc Viadrini, Tu MINOR, atrijs Lycæi,
Meas Athenas alteras, relictis.
Nectar ubi clariâ dulcedine præparant Achææ
In arte alumnis fervidis Camœnæ.
I MINOR auricomos flores lege, carpe nec minores,
Quos ille præbet floridus ſat hortus.
Applaudente DEO cœptis ſimul ac favente, fient
Quos mente volvis, proſperi labores.
Annuat ergo DEVS conatibus, (Angeliq; ducant
Duces eò te, qui valent, euntem,

Euthea cura trahit quò) poſt iter, ut ſit, id ſalubre,
Acturus es quod, plurimis popellis.
Aoniá pugnans vigilanter in arce nempe, lucra
Domum reportes grandiora mentis.
Ito bonis avibus felicior, annuente IOVA
Exopto vergant vota ne ſiniſtrè.
Ito MINOR, *majora* DEVS *dabit, ipſe fac minora*
I creſce nobis & fave. Valeſce.
Ioan. Iacobinus Monſterberg. Sil.

MVſa mihi memora, cujus ſuper æthera nomen?
Carminibus numen, qui celebrabit, ait.
Audiit hanc vocem quum noſtra Camœna ſonoram,
Quid mores culti, ſubijcit, ergo valent?
Nonne dabat reſponſa, docet te turba Sophorum,
Illis quod dextram cedat Apollo ſuam.
Nil etenim prodeſt, didiciſſe fideliter artes,
Ni ſimul & mores jungere ritè queas.
Iſta focos patriæ, non intra patria rura
Diſces, aſt ubi ſunt agmina docta virûm.
Hinc placuit, NOSTRO maternam linquere terram
Eſt ubi barbaries, ſunt ubi tela manu.
Inde tulit greſſus ad noſtræ caſtra Minervæ,
Mopſus ubi friget, pax ubi grata viget.
Huic juveni doctæ pandunt ſua lumina Muſæ,
Et Clio hoſpitio ſuſcipit ipſa ſuo.
Ipſus Apollo parens grato gratatur alumno,
Qui bibit Aonij flumina ſacra vadi.
Mille pererrabant arrectam gaudia mentem
Omnis & aiebat, nunc agitate choros.
Sed quam crudelis nunc eſt ſors aſpera fati,
Quod turbat luctu gaudia mille malo.
Charus enim Phœbi, longo cui cognitus uſu
Paſſibus hinc rapidis ibit amicus, ohe.
Audeat at fati vim quis qui ſurgere contra eſt?
Audacter nutu nam regit omne ſuo,

Hinc

Hinc abiens igitur comitem nunc accipe doctam
    Vraniam, verum quæ tibi monſtret iter.
Hac duce tu poteris VVitebergæ tecta videre,
    Inque chorum Sophiæ, ſi libet, ire licet.
Hoc in Calliope faciet te creſcere multum:
    Sic tu qui MINOR es poſtea MAIOR eris.
Hac duce poſt poteris patrios revidere Penates,
    Atque ad maternos rurſus adire Lares.
Vt dicam ſupereſt tantum, quod noſtra Thalia
    In multos annos te ſupereſſe velit.
        Daniel Goltzius Droſenb. March.

Iam tua, cum meditor vitæ chariſſime IANE
    Fata, tibi meritò gratulor ore pio.
Nam pia vota DEVM *vincunt, pia vota ſecundant*
    Fata, ſuo arbitrio quæ DEVS *ipſe tulit.*
Perge bonis avibus, IOVA *te comitetur euntem;*
    Sit chorus aligerûm duxq; comesq; viæ.
Deinc etiam oſtendant ſedes tibi fata quietas:
    Artes ingenuas, quò coluiſſe detur.
Hæc precor ex animo tibi. tu ſed mente ſerenâ
    Verſus, quos finxit noſtra Camœna, cape.
Beſſeriq; tui noctesq; diesq; memento
    Atq; ardens ejus ſit tibi cura Vale.
        Simon Beſſerus veteri ſuo contubernali ſcribebat.

Μοὶ λέγε, εἰς τὸ παρὸν διὰ τοῦτ᾽ ἐθέλεις καταλείπειν
    Κοινωνὸν, ταχέως, φίλτατ᾽ ΙΑΝΕ, τεὸν;
Μοὶ λέγε τίπτ᾽ ἐθέλεις ἰέναι ἄλλην ἐπὶ γαῖαν;
    καὶ μετ᾽ ἐμοῦ ἔτι μὴν ἐνθάδε οὐχὶ μένειν
Ἦθ᾽ ὅτε μαιμάζεις ἰδέειν πόλιας διασήμους;
    Ἄλλοτι ἢ Μουσῶν ἄκρα μέλαθρ᾽ ἱερῶν·
Βάσκ᾽ ἴθι, δῆτα καὶ Ἐννήρου ἀμνήσεε οὐδὲν;
    Ἔσσονται ὄφρ᾽ ἂν γαῖα καὶ ἥλιος.
Λοιπὸν. ΧΡΙΣΤΕ θεὸς βασιλεῦ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
    Πάντῃ ἐμὸν σῶον τὸν ἑὸν φύλασσε ΦΙΛΟΝ.
        Martinus Hennerus Keyſerslautrenſis Palatinus tum contubernalis.

INgens à ſtudiis boniſque Muſis
Multos abſtrahit heu genus laboris,
Quod tu dulcis amice ritè ſpernis,
Nec das corde locum novis procellis
Sulcis Heſperidum ut manere lætis
Nec non ſemper ovans queas ocellos
In longos Pilii dies referre.
Idcirco Viadri ſacras Athenas.
Doctorumq; decus relinquis, ecce
Puris Theſpiadum vadis rigatus.
Rectè nonne facis? remotiora
Longo circuitu petens amœni
Orbis grata loca & domos beatas.
I fauſto pede, Te Deus favore.
Iam clemens ſoveat regat tegatq;.
Matthias Wengierſcius Polon.

CVr ſocium refugis toties te, I A N E, ſecutum
Immitem veluti cum fugit agna lupum?
Fixa meo quondam crudeſcunt vulnera corde:
Sic dolor iſte meus neſcit habere modum,
Biſida nam ſubeant Parnaſſi culmina mentem,
Et tua non modicus conteget ora rubor:
Vnus eras, fateor, cum quo tum vivere nobis
Dulce fuit: ſed mox, non rediturus, abis.
Nunc quoq; cum ſtimulis te poſco agitatus amoris
Averſum quæris, me remanente, ſolum.
Annè tuum victum eſt inimico carmine pectus,
Vt me deſerto pandere vela queas?
An nova te facies cepit, quæ deſtruit icta
Fœdera, quæ pangit jura inimica mihi?
Verum age Muſa decens noſtris ſeſe obijcit Oris,
Nempè tuus quam nunc eſt petiturus amor,
Illa refert. Viadrum linquit, quod faxit Apollo,
Artibus ut variis excolat ingenium,

Hinc

Hinc ait: indignis cum ſit tibi cognitus antè
Non dubio I A N V S pectore, parce ſonis.
Mox ego te digna accepi præconia Muſæ,
Et tua viſa mihi maxima, I A N E, fides
Ito ergo optatis ſalvum te adjungito Muſis,
In tua quæ jaciunt pectora docta faces.
Vreris: at caſto Pallas quo flagrat amore
Hoc poteris doctas igne movere Deas:
Mente quibus memori ſemper ſtant cuncta repoſta,
Et quarum nullo tempore languet amor.
Non igitur noſtri capiet te oblivio: quanquam
Sorte procul nobis proripiare vagâ,
Ejus mente tuâ, vera aſt verſetur imago,
C O R junctum C O R D I cujus amore, T V O.
I quo fata trahunt animum: D E V S arbiter Vnus
Auſpiciis adſit D V Xq; comesq; viæ.
Numine teq; ſuo celebrem deducat ad Albim,
Vtq; voles, ſemper, quod facis, omne cadat.
Tandem vive diu, ſed cum non vivere vita
Sit, fero ſupremum pectore & ore Vale.
Sebaſtianus Namsler Boleſl. Sil.

JANE MINOR, minor haud Muſarum Gloria I A N E,
Quid tibi nunc animi, quem pia fata trahunt?
Quonam? Saxonicam nunc celſam ad Apollinis arcem,
Palladis in viridans, Arte virente, nemus?
Nonne ſatis lymphis Viadrinis ora rigaſti?
Nonne ſat hoc fuerat fonte levaſſe ſitim?
Sed te ſic ſtimulant calcaria docta Minervæ:
Hippocratesq; facit te pia fata ſequi.
Et Francfurto ad VVitenbergica tecta Sophorum
Tendere, Callirroës pocula ut alta bibas.
Edoceat medicas ut te Podalirius artes,
Quæ tandem facient ocia grata tibi.

Iure

Iure facis, quoniam illa facis rata grataq; fatis
Quæ cedent benè, quod, juſtaq; jure facis.
IOVA juvet, tua ſint hoc cepta jubente recepta
Vade Solum, Solium Laude repleto, Polum.
Johannes Hoſius Strigenſis SiL.

Μουσῶν ἐξ ἄντρου μουσῶν ποτὶ ἄντρον ὁδεύεις
Λευκόρε' ἄντρα βλέπεις μαρχίακ' ἄντρα λίπεις
Ἡ κρήνη καὶ ὄρος τὰ Φραγκούρτοιο λύκεια
Κόσμευον, κοσμεῖ ἠδὲ λύκεια ἐκεῖ.
Ἐνθάδε ναίουσιν κοῦραι μεγάλοιο θύγατρες
Τοῦ Διὸς, ἠδὲ ἐκεῖ Ζεὺς ἑὸ κῆρα τρέφει.
Ὥστε ὁδὸν ποίει ἀπὸ μουσῶν τὰς ποτὶ μούσας,
Πλείονα μουσάων δῶρα ἐπιστάμενος.
Ἀλφήσεις συμβὰν Ποδαλείριος ὥς ὁ ἀμύμων,
Φάρμακα συμμίσγειν ἐσθλὰ δίδαξ' ἰατρούς
Αὐτόθι, θευλογίης καθαρῆς τάδε ὄμματα λεύσεις
ἀγλαὰ θηογόνου ἔρματα σωφροσυνύης.
Τούτων γρηγόρος νύκτας τε καὶ ἦμαρ ἀκούσας
ῥήματα εἰσδέξῃ ἄκρα, πέρας, σοφίης.
Βάσκ' ἴθι, τῶν ζώντων, ζωὴ, φῶς παμφαὲς, ἀρχὸς
Τῶν τεχνῶν, τεχνάς, σοῦ προάγῃ ὁ θεός.
Μοῦσα τεὶν μούσας ποτί σου συνοδοιπόρος ἦσι
Βάσ' ἴθ' ἀεὶ μνήμων τῆς φιλότητος ἐών.
Tobias Magirus Anger. March.

JANE polite tibi porro jam linquere mens eſt
Francfurtum, inſignes quod fovet arte viros.
Heu ſuadeo maneas, nam te hic manſiſſe juvabit:
Conſultum haud patrios vis quod adire lares.
Aſt aliud jam: Leucoreas te tendere ad oras,
Atque ibi Muſarum caſtra beata ſequi.
Propoſitum hocce tuum meritò laudoq; proboq;,
Et precor ex animo proſpera cuncta tibi.
Carpe viam felix nec noſtri oblivia pota:
Sit gens alituúm duxq; comesq; tibi.
Adamus Drecovius Beſcovienſis.

Z

Univ.- u. Schul-Progr.

31

SBB
N12<128572719010

L

Z

Staatsbibliothek
zu Berlin
Preußischer Kulturbesitz

Univ.- u. Schul Progr.

SBB
N12<128572719010

31

I